

cedunt bacculæ virides per ramos inter aculeos, quibus frutex undiquaque armatur, virides, breviusculos, qualia sunt libanotidis folia ferè. Nigrescunt granula usque ad autumnum, & ubi maturuerint dulcem acorem præbent. Ex lapidoso semine alii succrescunt frutes. Baccæ aliæ majores, aliæ oblongæ, aliæ prorsus acidæ. Resinam fundit primò vere Iæsus odoratam, thus dixeris barbarum. Cortex in cinerem redactus mundat lepram illitus; Radix serpit in multos ramos & conclavi illata spirat odorem gratissimum, qui ex foculo salubrior est, trunci non eadem virtus: Bacca viridis & odorem & medicamentum præbet, sed maturæ magnus usus, omni pipere præferendæ, unde conficitur oleum, quod cum Balsamo Palæstino contendit; Quin & lignum est oleaginosum. Haec tenus ille.

## CAP. III.

DE DIFFERENTIIS JUNIPE-  
RI E JUSQUE PARTIBUS  
AGIT.

Differentiæ inter Juniperos dantur Differen- quamplurimæ, possunt tamen com- tie Junipe- modè ad tres referri classes, ita ut Juniperi. peri inter se differant i. ratione appellatio-

B 5 nis,

nis, 2. ratione diversorum generum, 3. ratione sexus.

*Juniperus.*

*Illyrica.*

*Germanica.*

*ca.*

I. Ratione appellationis differunt *Juniperi*, quod alia sit & dicatur *Juniperus Illyrica*, alia *Juniperus Germanica* teste *Tabernamontano lib. 3. Herbar : part. 2. cap. 10.*

II. Ratione diversorum generum differunt *Juniperi*, quorum septem recenset *Bauhinus in Pinaci Theatr. Botanic. lib. 12. sect. 5. sub titulo Juniperi*, quæ tamen brevius ita distingvi possunt, quod Alia *Juniperus* dicatur *Major*, alia *Minor*.

*Juniperus  
Major*

*Major Juniperus* dicitur, quæ majora, duriora, latiora & accuratiora folia habet *minori sen vulgari*, quæq; in tantam nonnunquam assurgit molē, ut & celsam & vastam arborem imitetur, baccas illa fert quoque majores, partim cœruleas, partim rufescentes, ut & magnitudine gallicis non cedere videantur, ut ex inferioribus patebit.

*Major* *hec juniperus* distinguitur in *arborecentem & fruticescentem*. *Arborescens* dicitur, quæ arborum magnitudinem emulatur; quâ de ita differit *Cusus lib. 1. hist. plant. rarior. cap. 25.* Ea *Juniperus*, cui spina pro folio est, vix totâ reperitur *Lusitanâ*, *Castellâ* verò novâ admodum frequens est; Sed ea præsertim quæ celsior & arborescens supra *Segoviam*, quâ

JUNIPERUS MAIOR ARBORESCENS. p. 18. 19.





quā inde Madritium itur, ut isthic trabes & adīm contignationes incola sibi fabricent, ut non immerito Plinius lib. natur. hist. 16. hanc in Hispaniā vastam nasci dixerit: De hujus ligno ait Hieronymus factas à Rege Salomone fuisse templi Hierosolymitani januas, ad quem Hiram Regem Tyri misisse ligna apud Diva legitur lib. 2. paral. pom. cap. 2. v. 8. allegante hoc Ursino arboret. biblio. cap. 18. p. 277. Cur autem de hoc ligno templi Salomonis ostia facta sint eleganter tradit Hieronymus, inquiens: Quia Christus, per quem ad Patrem accedimus, hanc habet naturam, ut semper, Juniperi instar, floreat, semperque novos afferat fructus & nunquam virorem suum deponat, quamobrem cum Junipero optimè posset comparari unigenitus DEI Filius.

Ita & Sagunthi Templum Dianæ, Autore & svasore Hannibale, ex trabibus Juniperi extructum fuisse testatur Pintus lib. 16. histor. natur. cap. 14. ut nempe eò diutius durare & aëris injurias absque noxā & corruptione tolerare posset. Præterea ex hac Junipero longissimas Perticas, quas vulgo Piquen dicunt ut & alias res, ut cantharos, cyathos, aleas & alia talia parari posse dicit D. Daniel Beckerus in Washolder Apotece. Et Magnificus D. D. Frommannus, Consul & Physi-

*Physicus Noribusanus meritissimus* in literis d. 10. Maji ad me datis ita: Sic ego ipse habui, cum apud Serenissimum Principem Marchionem Badensem Fridericum sacratissimæ memoriae Medici Provincialis officio in Marchionatu Hochburgensi & Dynastiis Rötelensi & Badenvveilensi fungerer, dolium ex ligno Juniperino omnimodo confectum, tantæ capacitatis, ut ferè dimidium amphoræ teneret. Assulæ, circuli, fundi, operculum, epistomium nil nisi ex juniperò erant.

Vocatur hæc *Juniperus* aliò nomine *Oxycedrus*, ut & *Janiperus Cedria* à *Theophrasto*, dicitur & *Cedrus Phœnicensis Tabern.* *Matth.* *Cedrus minor* & *Cedrus Gesner.* *hort. Cast.* *Oxyarceuthis* quoque audit teste *Bauhino loc. sapr. allegat.* *Cedrus* autem seu *oxycedrus* ideo dicitur, quod pauci sint, notante *Matthiolo epitoma plant.* p. 30. qui non putent *majorēm Juniperum esse Cedrum*. adeò ut plerique illam ab hac nesciant distingvere, quo de ita *Clusius lib. 1. plantar. rarior. histor. cap. 26.* *Junipero* ferè similis est *Oxycedrus*, magnâ ex parte contortâ ut illa caudice, tenui & rufescente cortice, folia habet juniperi vulgaris modo pungentia, aliquantulum tamen longiora & rariora semper circa ramulas simili nascentia ut in *Junipero*. Cum hoc

hoc etiam consentit Ruellus lib. 1. de na-  
tur. Stirp. cap. 90. dum, *Cedro*, inquit, pene  
similis est, tūm effigie, tūm natura *Juniperus*,  
& Benedictus Curtius *Symphorianus* in lib.  
29. hortor. cap. 3. p. 639. dicit de Junipero:  
*Arbor est Cedro similis, ut foliis tantum di-*  
*stare credatur.*

Verūm haud imperitè Job. Reno. *Distinctio-*  
*dæus lib. 1. de mater. medic. sc̄. 11. cap. 31.* à *Cedro.*

notat distinctionem satis claram esse in-  
ter *Juniperum* & *Oxycedrum*: quamvis e-  
nīm, inquiens, *Junipero* & *Oxycedro*, alias  
*Cedrus Phœnicæ* dictæ, caudex sit tortuo-  
sus, foliola acuta, semper viridia, bac-  
cæ parvæ & rotundæ, multum tamen in-  
ter utramque est discriminis: Nam *Oxy-*  
*cedrus* planta est exotica, cuius baccæ  
fulvæ sunt, odoratæ & srawes, lignique  
materia rubescit, *Juniperi* verò baccæ  
nigræ sunt ejusque lignum santi citri-  
ni instar flavescit.

A nonnullis etiam *Major* hoc *Juniperus Cupressus sylvestris* dicitur, ob ma-  
gnitudinem suam *Cupressos* æmulan-  
tem, quō de ita *Bellonius* lib. 2. *Observat.*  
cap. 110. dum *Juniperum* frequentem si-  
bi visam testatur altitudine *Cupressi*,  
fructu dulci nucis terè magnitudine  
Gallæ quodammodo simili, quo vescun-  
tur indigenæ, quod ex nucleis hinc inde  
collectis observavimus, quos, qui pul-  
pam

pam exederunt, abjecerunt, ii sunt longitudine & crassitie nuclei olivæ, adeò duri, ut, nisi mallei iectu, frangi nequeant quò de quoque videri potest *Baubinus* loco sèpius citatò.

*Arbor A-  
mericana*

*Arbor Et-  
taich.*

*Juniperus  
major fru-  
tiscescens.*

Aliud adhuc genus *Juniperi* majoris arborecentis annotavit *Baubinus* & est *Arbor Americana oxyanthæ similis* ex cuj9 ligno incolæ ignis vi resinam eliciunt, quâ picis locò utuntur. Hæc an affinis sit arboris *Etaich* in Africa nascenti, cuius Johann Leo in descriptione Africæ mentionat, dubitat *Clusius*, referente *Baubi-* nò locò iam sèpius allegatò.

*Juniperus Majorem fruticescentem* ita describit *Clusius* lib. I. històr. plant. ratiōn. c. 25. quod sit frutex humanam altitudinem raro superans, caudice contortò, non rectò, multis ramis præditò, sca-brò cordice, folia habens carnosa & ex continuâ quaternorum foliorum mutuò connexorum serie composita, quemadmodum *Cupressus*, flores *juniperi* vulgari & *oxycedro* similes flavos, sed extremitate foliis insidentes, ut in *cupresso* & *Thuja*, quibus succedit fructus baccharum myrti magnitudine rotundus, primum viridis, deinde ad phœniceum colorē tendens, qui maturitate non nihil mollescit sapore & odore *juniperi* baccis simili, qui tria aut quaterna, vel etiam plura

JUNIPERUS MAJOR FRUTICESCENS.

p. 22.





JUNIPERUS MINOR  
ARBUSCULA SEU  
FRUTEX.

JUNIPERUS MINOR  
HUMI REPENS.





plura grana oblonga & striata habet,  
medullam albam & resinam olen-  
tem continentia.

*Juniperus Minor* distingvi potest in *Juniperus frutescens* & *humi repens*: *Frutice-*  
*scens* dicitur, quæ ad magnitudinem fru-  
ticum imò & *arbuscularum* accedit, &  
vocatur *Juniperus vulgaris fruticosa*, quâ  
de ita *Clusius loc. sep. citat.* In Belgio &  
plerisque Germaniæ locis vulgarem  
*Juniperum* in justam ferè arboris ma-  
gnitudinem excrescere observabam,  
præsertim in hortis & locis cultioribus  
natam.

*Juniperus minor humi repens* dici-  
tur, quæ in singularem altitudinem non *minor hu-*  
*excrescit*, sed virgulti instar humili repit, *mirepens*.  
& vocatur aliò nomine *juniperus minima*  
à *Gesner. hort. ut & juniperus minor monta-*  
*na. Alpina, teste Bauhino loc. citat.*

Elegantem & huic ferè similem  
*Juniperum* pungentibus foliis in Austri-  
acarum Alpium quibusdam jugis obser-  
yatam denotat *Clusius loc. sapientis allegato*,  
cubitalem nimirum altitudinem non  
excedentem, sed quæ depressa est & quasi  
humis spargatur, multoque crassioribus  
& levioribus constans ramis quam vul-  
garis, folia habens latiora, breviora  
crassiora nec minus quam illa pungen-  
tia, crescit in scopolis Dürrenstein & Et-  
scheri.  
Utra-

*Juniperus*  
*Austriaca*  
*Clusit.*

Utraque hæc Juniperus minor baccas fert pisi magnitudine, & in nostris vulgariter crescit regionibus; quæ differentiæ ergo nonnullis audit *Juniperulus* & *Jupicellus*.

**Differen-**  
**tia à sexu.** Oritur quoque differentia inter *Juniperos ratione sexus*, & sic alia dicitur *Mas*, quæ nullas baccas profert, alia *Femina*, quæ fructibus ferendis estidonea, sicut testatur *Mauritius Hofmannus P. P.* in catalog. Flor. Altorfin. anno 1660. edit. & in catalog. Flor. Altorfin. Sy'v. anno 1662. di-vulgat. & cum illo omnes montium Tyringiacorum accolæ.

**An plantis**  
**sexus com-**  
**petat?** Et quamvis haud imperitè *Helmontius* 4. pharmacop. & dispensator. moæern. & cum illo *Langius* tit. 27. *Miscell. Curios.* p. 75 plantis sexum non competere dicant, cum illæ ex se ipsis concipient & pariant, non verò ex congressu vel communione semenis speciem suam perpetuent, ideoque propriè loquendo neutiquam differentiam plantis ratione sexus convenire probent, nisi per solam metaphoram, quapropter & *Helmontius* sexum herbarum scenicum, & *Langius* tropicum appellat, attamen si cum usu quem penes arbitrium est & vis & norma loquendi

loquamur & distinctionis saltem gratiâ hâc utamur differentiâ, tam absurdum esse non equidem arbitramur.

Bacca

Baccae Juniperi quoque inter se differunt duplaci modō, quantitate videlicet & colore: Quantitate, quod nempe aliæ sint & dicantur *Majores* & majori provenientes Junipero, & hæ magnitudinem fabarum & nucum corylinarum emulantur, quales inter peregrinandum in copiâ provenire se vidisse in agro Neapolitano maris Tyrrheni afferit *Crollius lib. de signatur. p. 57.* Imò & Baccas juniperi Gallarum magnitudine dari ex Bellonio jamjam adduximus. Aliæ sunt & dicuntur *Minores*, quæ ortum suum à minori deducunt Junipero pisi magnitudinem non excedentes.

Singularis quoque fructus juniperini meminit *Tabernemontanus lib. 3. Herbar. part. 2. cap. 10.* quem à majori junipero Germanicâ ortum ducere dicit, ipsumque fructum magnum & verrucosum depingit.

*Coloris ratione differunt baccae juniperinae, quod aliæ inveniantur colore caeruleo præditæ, à Junipero Majori Illyricâ provenientes, prout *Lobelius p. 629. observ.* autumat. Aliæ rubro sunt insignitæ colore à Junipero majori, *Oxycedro* vulgariter dictâ, provenientes, testantibus Autoribus supra citatis; aliæ nigre inveniantur & hæ maturitatem acquisivere in no-*

C

stris

stris regionibus, alia *virides*, quæ ad maturitatem nondum pervenerunt.

Differen-  
tia Gum-  
mi Juni-  
peris.

Notade  
præscripti-  
one Sanda-  
race.

Tandem & *Sandaraca* seu *Gummi Juniperinum* notatu dignam præbet differentiam, cum duplex detur *Sandaraca*, una *Grecorum*, altera *Arabum*. *Grecorum Sandaraca* significat Icibum apum, quô, dum operantur, utuntur, qui sæpe invenitur in favorum inanitatibus sepositus, amari saporis vel ceruginosi mellis genus teste *Aristor. 9. bistor. 40.* Et *Plin. lib. II. cap 7. 2.* significat quoque *Sandaraca* apud *Græcos Auripigmentum*, exitiosum venenum metallicum. *Arabum* verò *Sandaraca* hujus est loci & *gummi* denotat *Juniperinum*. Ne quis itaque vocum affinitate decipiatur, optimum est, ut in formulis medicorū differentiæ ergo, quoties *Gummi Juniperinum* sub nomine *Sandaracæ* præscribitur, addatur *Sandarac.* *Arab.* ne ab imperitis error maximè noxius perpetretur & pro *gummatae Juniperino Auripigmentum* adhibetur, cùm non sit, quod *Auripigmentum* primas ferè inter venena teneat & malignitate suâ vitæ nostræ balsamo insidietur, ut non modò intus assumptum, sed extrinsecus adhibitum horrenda excitet symptomata, quo de tristissima extant exempla apud *Salam in Ternar. Bezoard. Salminth. Cent. 2. observ. 96.* Hæsh-  
steter.

steter. Decad. 9. observat. 2. p. 210. D. Ammann. Med. Cris. eas. 60. p. 306.

## CAP. IV.

LOCUM NATALEM, CULTU-  
RAM ET TEMPUS JUNIPE-  
RI OSTENDIT.

Cum non omnis ferat omnia tellus, Locus na-  
meritò in locum natalem Juniperi in- talis Jani-  
quirimus. Provenit Juniperus iam Ma peri.  
jor, quam Minor, variis in locis. Major  
præcipue nascitur in ASIA, GALLIA, ITA-  
LIA, præcipue ad mare Tyrrhenum, ut &  
inter Calpen & Malacam, Bœice item &  
Gallie Narbonensis ora maritima, sicuti  
illam ibidem observavit Clusius loc. supr.  
citat. & Croll. loc. supr. cit. In Gallia eam  
præcipue observavit Ruellius, ita enim  
lib. 1. de natur. stirp. cap. 90. inquit: Mon-  
tes amat, in planissimis nasci recusat.  
Plerique colles in Gallia montiumque  
juga junipero pubescunt &c. In HISPANIA  
vastam nasci Juniperum testis est  
Plinius. GERMANIA nostra incompara-  
bili hoc Thesauro quoque largissime est  
prædita, & in ejus provinciis ubique ferè  
in copiâ inveniuntur Juniperi, cum in  
Septentrione etiam Juniperos nasci præter  
Danos medicos hodiè celeberrimos te-  
stetur quoque Olaus magnus Gorbus lib. 1.  
de gentib. Septentrional. Unica sylva Hercynia